



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXI. Hominis superiores potantias gratia Mediatoris Iesv Christi ad diuinas
operationes restaurari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

CT.
 or a vnde
 am veni
 enefico
 ecedere.
 vita die
 et; quo
 nia amo
 alem ex
 ait, m
 ustra qu
 am suam
 preroge
 est.
 on dico
 ne cogit

Quæramus vtrum maior occasio nobis præbeatur nos ipsos demittendi, perpensis cum infirmitate nostra, tum infinitis peccatorum nostrorum meritis: an vero Christum Iesum, auctorem nostrum, diligendi, cuius luore sanati, cuius doloribus & angustiis liberati sumus, cuius meritis gratiam consequimur, cuius morte glorificamur. Vtrumque sane: & humiliari nos conuenit, & cum Paulo dicere, *Qui non diligit Dominum nostrum Iesum Christum, anathema sit. Sed de gratiæ specialis officii dicendum aliquid prærogatiua est.*

Isaia. 53.

1. Cor. 16.

CAP. XXI.

Hominis superiores potentias gratia Mediatoris IESU Christi ad diuinas operationes restaurari.

17. PRIMO gratiæ specialis officium in excipiendo hominis torpore versatur: & quia voluntas hominis cæca est, à mentis illuminatione orditur, & clamat: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Ipse enim est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ostendit homini peccati cœditatem, virtutis pulchritudinem, vanitatem rerum pereuntium, celsitudinem diuinæ maiestatis, eminentiam scientiæ, immensitatem promissorum eius, pœnas impiis reseruatas, breuitatem & incertitudinē vitæ

Gratia specialis officia.

I.

Præuenit conatus nostros,

I. Illuminādo peccatores.

Ephes. Ioan. 1.

Q

vitæ

vita nostræ: denique rationibus efficaci bus
 det Deo parendum, ipsique esse seruiendū
 Hanc lucem habuit filius prodigus, cum ei
 nit in mentem patris sui & seruatorum qui in
 ædibus abundabant panibus, & miseriam suam
 agnouit: quæ collata cum priori statu, quem
 buerat olim apud patrem, expressit vocem
Quanti mercenarij in domo patris mei abūdant panibus, ego autem hic fame pereol surgam, & ibo ad patrem meum. Denique victus tam salutari suasiōe,
 ad patrem.

2. *illuminā do iustos. Psal. 42.* Illuminat quoque iustos, Deoque caros
 ab eo lumen requirunt, vti faciebat Dauid
te lucem tuam, & veritatem tuam. & exauditum faterur: Ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in domum tuam sanctum tuum, & in tabernacula tua.

3. *Consolādo eosdem.* Visitat etiam subinde amicos suos, & incitat
 ad progressum in spiritu simul solatur pusillitas
 mes, vt magno animo institutum persequatur:
 tur: memoriam præteritorum factorum recitat,
 cat, & æterni præmij arrham summa cum voluntate
 prate coniunctam delibare facit.

2. *Voluntatē excitat. hinc gratia excitans.* Hæc simul voluntatem iuuant plurimum
 quæ cum cæca sit, oculis intellectus & lumen gratiæ
 indiget. Et quamuis sit libera vt possit
 Spiritus diuini consilia ac suasiōes repudiet
 conuincitur tamen subinde intellectus, euidetia
 argumentorum, & promissorum diuinorum
 præstantia, rei obiectæ pulchritudine, vt ipsa
 luntas summo desiderio in re propositam rursus
 diuina gratia eleuata ac subnixa. Nouit enim
 Dominus voluntatem inflammare, roborare,

ad rem aggreddendam perficiendamque com-
mouere. Hæc omnia præueniunt actionem, &
voluntatis determinationem, libero interea re-
manente arbitrio ad sequendum inuitantē, aut
relinquendum.

Quod sibi persuaderi permittat voluntas ho-
minis, opus ad hoc illi est auxilio vltiori,
quod gratiam vocant adiuuantem. Huius offi-
cium est, voluntatem sic fouere, vt influe-
re valeat in opus, & simul cum eadem coire.

Nam & gratia sine potentia agere non potest,
cum sit actus vitalis: nec potentia ea, quæ
superioris ordinis sunt, exercere sine auxilio gra-
tiæ adiuuantis. Quod hac explicari potest si-

mililitudine Semen non potest vna cum hu-
more terræ producere germen, nisi sol adiuuet
Gratia præueniens est quoddam semen diui-
num: voluntas instar terræ, quæ illud recipit:
opus hic est auxilio solis. Vt ergo semen non
potest vna cum humore terræ producere ger-
men, nisi sol cooperetur & adiuuet: ita et-
iam gratia excitans non potest vna cum virib. vo-

luntatis producere consensum, nisi Deus, sol iu-
stitiæ, adiuuet & cooperetur illi gratiæ excitanti.
Pertinet tamen gratia adiuuans ad gratiam præ-
uenientem: nam etiam posita gratia adiuuante,
adhuc in potestate liberi arbitrij est consentire

vel dissentire; vt velimus tamen ipsa est adiuuante
to. ita enim precamur: *Actiones nostras, quæ sumus*

Domine adspirando præueni, & adiuuando prosequere.
Et D. Augustinus Quod ad Deū, ait, nos conuertimur
nisi

3.
*Eandē ad-
iuuat: hinc
gratia ad-
iuuans, &
eius officij.*

*Aptā simi-
litudo.*

*Oratio Ec-
clesiæ.
Lib. 2. de
pec. meritis
c. 3.*

Q 2

Lib. de gratia & lib. arb. substi- nem. nisi ipso excitante & adiuuante non possumus. *Dispositio* quoque Bernardus, *Conatus*, inquit, *nostri ad bonum mu-* num & casti sunt, si non adiuuentur: & nulli, si non *permane-* citentur. Denique Concilium Tridentinum *quomodo* *Sess. 6. ca. 6.* Disponuntur, ait, ad iusticiam, dum excitati *disposito* gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, *mentis oc-* mouentur in Deum. *dirigere*

4. 18. Si vero voluntas persuaderi sibi rem *his pers-* quod potest quidem: non defuit tamen ex *no indig-* Dei studium, ac beneuolentiæ paternæ *bus lux* significatio: sed imputent sibi homines, *99. M-* Deum ducem sequi noluerint: dicit enim *quini m-* *hinc gratia* Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius, *rusalem* *sufficiens.* reuersi sunt per semitas eius. Excusari enim *me am.* *Iob 24.* terant nescientes vias eius, & quod ideo per *non fecer-* *1. Ex parte* semitas minime reuersi essent: sed iam excu- *librusc-* *intellectus.* non possunt, quia rebelles lumini fuerint, *uo no-* *Iob 38.* ipsis illuxit. Dicit idem Iob: *Auferetur ab imp-* *Domi-* sua. Habuerunt ergo lucem: alioquin quomodo *Si eni-* sua, si in eorum non erat potestate? fuit tamen *fuisset* sed ea vti noluerunt. Hoc ipsum Christus *planta-* *Ioan. 3.* firmat. *Hoc est autem iudicium,* (ait) *quia lux venit* *peccat-* *mundum,* & dilexerunt homines magis tenebras *mere c-* *lucem.* Omnis enim qui male agit, odit lucem, & *gratia* *venit ad lucem,* vt non arguantur opera eius. Christus *ctum* *erat lux mundi,* & hanc lucem diffundebat in *potui-* *nebris:* erat in potestate hominum illam in *eoru-* *sed quia tenebrarum amabant opera,* & ea vti *rent?* *ri nolébant,* ideo lucem auersabantur. Non *pe re-* *erat ergo lux:* nam *erat vera,* *que illuminat om-* *cem* *hominem vententem in hunc mundum.* Quando *H* *Ioan.* *cit, omnem, neminem excludit;* hinc *D. Chrys-* *datu-* *stom-*

nus. Dominus: Si illuminat omnem hominem venientem in *Hom. 7. in*
 mundi, quoniam pacto tot homines sine lumine *Ioan.*
 ulli, si non permanent? neque enim omnes Christum cognoscunt:
 idem ergo illuminat omnem hominem? Illuminat
 profecto quantum in ipso est; si qui autem sponte sua
 mentis oculis conuenientibus ad huius lucis radios aciem
 dirigere noluerunt, non ex luminis natura in tene-
 bris perfliterunt, sed malitia sua, qui sponte tanto se do-
 no indignos reddiderunt. Sunt ergo homines qui-
 bus lux affulget, & tamen intueri nolunt.

Non desunt etiam ex parte voluntatis di- *2. Volun-*
 mini motus, *Isaia* Propheta teste. *Habitatores Ie-* *tatis exci-*
tationes.
Isaia 5.
usalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam
meam. Quid est quod ultra facere debui vinea mea, &
non feci ei? an quod expectaui vt faceret vvas, & fecit
bruscas? Quid expectas, Domine? sine auxilio
mo non potest vitis vvas proferre. Respondet
Dominus: Quid debui facere vinea mea, & non feci?
Si enim gratia ad opera bona producenda de-
fuisset: respondissent vtique Iudæi: Domine,
plantasti quidem vineam, & ex ea fructum ex-
pectasti: sed debuisses etiam circa illam admo-
tere quæ necessaria erant futuræ vindemiæ, &
gratiam eorum animis instillare, sine qua fru-
ctum edere non valent. Sed quis id respondere
potuit, cum Deus dicat se nihil prætermisisse
eorum quæ ad cultum vineæ spiritualis pertine-
rent: sufficienter igitur moti homines à Deo sæ-
pe refragantur, & se malunt quam Deum du-
cem sequi.

Hæc gratia omnibus pro loco & tempore *Gratiam*
 datur, nulli petenti negatur: & qui illam habet, *sufficientē*
 Dei

Q 3

Dei

omnibus
dari.
Rom. 10.

Sap. 11.

In Ps. 118.

Lib. 2. c. 26.
de vocatio-
ne Gentium.

Dei consilia ad effectum potest deducere, si
lit: *Omnis enim quicumque inuocauerit nomē Domini
saluus erit.* En duo signa vniuersalia. Sufficiebat
Omnis, sufficiebat *Quicumque*: vtrumque pos-
ne peccatores excludi, ne reijci Gentiles pure-
tur. Nec solum hic gratia sufficiens promittit
sed & efficax, & salus ipsa, ex illa promanans.
Iomon vero amplissime hoc explicat: *Miserere
(ait) omnium, quia omnia potes: & dissimulas peccata
hominum propter poenitentiam. Diligis enim omnia
quae sunt, & nihil odisti eorum quae fecisti: nec enim
diens aliquid constituisti aut fecisti. Quomodo autem
posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut, quomodo
te vocatum non esset conseruaretur? Parcis autem
omnibus: quoniam tua sunt, Domine, qui amas animas
quoties Omnes, Omnia, Omnium repetit. Et
statuitur non odisse, sed amare: quos tamen
amaret, si vel gratiam negaret sufficientem,
rite petenti efficacem recusaret. Vnde D. Ambrosius
explicans illud, *Misericordia tua, Domine, plena est terra*:
*Sol, inquit, iustitia omnibus ortus, omnibus venit,
omnibus passus est, & omnibus resurrexit: si quis autem
non credit in Christum, generaliter beneficio ipse se fraudat:
ut si quis, clausis fenestris, radium solis excludat.*
Et D. Prosper, *Gratia quidem Dei omnibus iustificationibus
principaliter praemittitur, sed addendo exhortationibus,
mouendo exemplis, terrore periculis, incitando miraculis,
dando intellectum, inspirando consilium, corque ipsum illuminando,
fidei affectionibus imbuendo, & infra: Quae opor-
tio per innumeros modos, siue occultos, siue manifestos,
omnibus adhibetur: & quod à multis**

futatur, ipsorum est nequitia : quod autem à multis
 suscipitur, & gratia est diuina, & voluntatis humane.
 Hęc ille. Quare etsi ante dixerimus sine gratia
 Redemptoris in statu naturæ corruptæ man-
 data omnia impleri non posse, nec tentatio-
 nes superari : ita tamen verum est, vt etiam
 certum sit ex parte Dei numquam deesse nobis
 gratiam, aut re ipsa & actu, aut certe in
 potestate nostra esse illam asciscere, quæ oran-
 ti, pulsanti, petenti non denegabitur. Hoc Con-
 ciliū Tridentinum ita decernit : Nemo temera-
 ria illa & à Patribus sub anathemate prohibita voce
 vii presumat, Dei præcepta homini iustificato ad obser-
 uandum esse impossibilia : nam Deus impossibilia non iu-
 ber, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere
 quod non possis, & adiuuat vt possis. & capite deci-
 mo tertio : Nemo sibi certi aliquid absoluta certitudi-
 ne polliceatur, tametsi in Dei auxilio firmissimam
 spem collocare & reponere omnes debent : Deus enim,
 nisi ipsi illius gratia defuerint, sicut cœpit opus bonum,
 ita perficiet, operans velle & perficere. Hęc ibi:
 vbi euidenter gratiam nobis non deesse decla-
 ratur : & quamuis monentem subinde non sen-
 tiamus, in potestate tamen nostra esse ea media
 adhibere, quib. eam acquiramus, faciendo quod
 possumus, & orando vt Deus adiuuet infirmita-
 tem nostram. Desumus vero nobis, cum expe-
 ctamus, donec Deus non rogatus nos impellat
 ad ea agenda quæ voluerit.

20. Hęc gratia sufficiens & est, & merito ap-
 pellatur. Non enim Deus semper mouet quan-
 tum potest : sicut nec semper permittit ad-

Q 4

uer-

Cur gratia
 sufficiens
 vocetur.

uerfarium nos premere quantum vellet & p
 fer. Non tenetur deinde singulis Deus effica
 ter luadere : magnaue nobis præstatur gratia
 quod inultemur ab eo, parato longe plura p
 stare, si prima consilia audiamus & complec
 mur. Nec iudicat Deus expedire æternis suis
 tionibus, semper primo quoque motu nos, in
 difficultate, magna adoriri, tentationes gratia
 mas propulsare: sic enim multi, Deum huius
 neficij auctorem ignorantes, sibimet victor
 adscriberent, Deum negligerent, spem in
 non reponerent, & quasi ab ipso non depe
 dentes, dicerent, *Manus nostra excelsa, & non
 minus, fecit hæc omnia.* Sufficiens est, inquam:
 possumus cum ea bene agere, si velimus. Et hoc
 cum ea sola non agamus, non deest tamen
 bis gratia simul ad petendum auxilium; & De
 paratior est ad nos iuuandos, & gratiam effu
 cem largiendum, quam ipsi simus ad eam pet
 landum: paratus est enim omnibus inuocant
 se auxiliari, promouere concepta desideria, de
 nique victoriam de inimicis tribuere. Cum
 nim variis locis Propheta Dauid id ipsum expe
 rientia doctus exprimat, dicens, *Sperent in te
 nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti
 rentes te Domine: Ego autem in misericordia tua
 rauit, exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo
 Domino, qui bona tribuit mihi: Qui timent Domini
 sperauerunt in Domino, adiutor eorum & protector
 rum est: tum maxime Psalmo nonagesimo, quod
 quodammodo omnipotentiam speranti in Deo
 polliceri videtur: tegitur enim huiusmodi pro*

Deut. 32.

Psal. 9.

Psal. 12.

Psal. 113.

Psal. 90.

Sperantem

in Domino

esse quodam

modo om-

nipotentem.

atione Dei caeli, hic vero illum scapulis incum-
 bentem tuetur, circumdat scuto, ab infinitis
 malis liberat, sternit à latere mille, à dextris decē
 millia, calcet aspidem & basiliscum, leonem &
 draconem debellat, denique, *Clamabit ad me, ait,*
& ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: e-
ripiam eum, & glorificabo eum: vult tamen in hisce
 omnibus inuocari, in se sperari, alioquin nihil
 dabit.

21. Non tamen ideo abbreviata est manus
 Domini: vt non possit, cui voluerit, eam gratiam
 immittere, quæ non tantum sufficiens sit, nihil
 vero efficiat, nihil operis sequatur: sed sic sua-
 deat, vt persuadeat: non quidem applicando po-
 tentiam ad opus, sed efficacibus rationibus in-
 flectens liberam potentiam ad sequendum, cō-
 siliūque amplectendum, quod à Spiritu san-
 cto suggeritur. Differt enim à sufficiens; quod
 gratia sufficiens ea sit, qua Deus hominem vocat
 & excitat, & iuuare dirigendo, protegendo, co-
 operando paratus est, vt reuera possit ille qui sic
 excitatur, vocatusque est, velle credere, velle cō-
 uerti, velle bonum aliquod præstare, tamen re-
 ipsa nihil sequitur, id est, non vult credere, con-
 uerti, aut bonū illud præstare: efficaci vero Deus
 ita hominem vocat, excitat, & iuuare dirigendo
 protegendo, cooperando paratus est, vt infalli-
 biliter re ipsa velit ipse, qui sic excitatur & voca-
 tur, vt re ipsa credat, conuertatur, bonum faciat. *1. Cor. 15.*
 Ita vocatus est Matthæus, Paulus, Zachæus, Ma-
 gdalena: vnde mirum non est, si Apostolus dixe-
 rit, *Gratia Dei sum id quod sum.* De hac gratia idem

S.
Aliquando
mouet effi-
caciter:
hinc gra-
tia efficax.

Differt à
sufficiens.

1. Cor. 15.

Rom. 9.

Q 5

Apo-

Gen. 35.

Apostolus toto capite nono Epistolæ ad Romanos disputat, cum exponit, reprobatis Iudeis Gentiles ad fidem vocari, ostendens ex vna Rebecca duos filios natos, de quorum altero dicitur, *Iacob dilexi; & Maior seruiet minori*: adferens illud Moysis, *Miserebor cuius miserebor, & misericordiam prestabo cuius miserebor*. Denique, O homo ait, *tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicitur incrementum ei qui se finxit: Quid me fecisti sic? An habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?*

Exod. 33.

Rom. 9.

Denique exclamat: *O altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicium eius!* De eadem D. Augustinus, Ex quo, ait, apparet, habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturæ ter munus intelligentie, quo moueantur ad fidem congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant.

Rom. 11.

Lib. 2. de

bono vel

dono perse-

uer. ca. 14.

22. Efficacia tamen illa non consistit in promotione voluntatis, quæ eandem physice determinet: quis enim locus libertati relinqueretur prædeterminare etenim terminum sonat, & ponitur vero esse in termino, & libere agere nam libertas designat actam nondum inchoatum, determinatio vero voluntatem applicatam ad agendum, & iam re ipsa agere: vnde in actionibus instantaneis non tantum actus erit inchoatus, sed etiam terminatus ac finitus, antequam voluntas libertate sua vti possit: eritque terminus ad quem, cum esse debeat in termino à quo Est enim libertas terminus à quo libertas actio manare debeat: Deus vero cōuenienter præ-

turis rerum sese accommodat, & homines tra-
 hit eo modo quo solent homines trahi, inuitan-
 do & alliciendo ad consensum eliciendū, quod
 Augustinus pulcherrima comparatione perse-
 quitur. *Ramum viridem (inquit) ostendis oui, & tra-*
hi illam: nuces puero demonstratur, & trahitur. Si er-
gostia, qua inter delicias & voluptates terrenas reue-
lantur amantibus, trahunt, quoniā verum est, Trahit
sua quemq; voluptas; non trahit reuelatus Christus à
Patre? Quid enim fortius desiderat anima, quam veri-
tatem? Hæc ille. Vnde patet efficacitatem gratiæ
 non indiēta præmōtione voluntatis consistere:
 sed quod Deus eo modo trahat atque alliciat,
 quo nouit voluntatem secuturam. quod D.
 Augustinus expressit his verbis supra citatis:
Si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa
conspiciant. Nouit enim Deus cuiusque arbitrij
 vires: quibus si accedat gratiæ congruæ subsidiū
 voluntas hominis infallibiliter, libere tamen, in-
 uitantem sequetur.

Tract. 26.
in Ioan.
Apta simi-
litudo.

Efficacis gratiæ effectus sunt duo: facit enim
 vt *velimus* efficit item, vt, quod voluerimus, *Im-*
pleamus. Illa vocatur gratia *operans*, hæc *cooperans*:
 de quibus Augustinus. *Ipse, vt velimus, inquit, ope-*
ratur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. &
infra: Sine illo, vel operante vt velimus, vel cooperante
17.
cum volumus, ad bona pietatis opera nihil vale-
mus. Hæc autem nolim quispiam sic intel-
 ligat, vt, cum Diuus Augustinus gratiam o-
 perantem nominat, velit solum Deum operari,
 & non simul potentiam humanam cooperari:
 non enim Deus potest se solo velle in no-
 bis

Gratia ef-
ficacis effe-
ctus duo.

Lib. de gra-
tia & libe-
ro arbit. c.

bis sine nobis, ac supplere seipso actum formaliter: sicut etiam nequit efficere ut sine albedine per ipsum paries albescat: nam velle, & operari formaliter est actus vitalis. Operantem vocatur gratiam, quæ à præueniente, disponente, & excitante absque hominis opera, distinguitur, & in seipsa incipit operari: ceterum cooperatur & voluntas hominis, quæ operari aut incipere non posset ex se, sine Dei gratia adiuuante & simul operante. Cooperantem vero vocat, quæ velle, seu resolutionem, totum opus cum voluntate perficit. Adde gratiam operantem ab opere quod efficit, denominari, suppresso respectu potentiam quæ cooperatur: sicut & voluntas interdum operans dicitur, etiam si gratia cooperante indigeat: alioquin gratia operans, quæ sine voluntate agit, non ad opus, sed ad gratiam tantum pertinere videretur.

Ex his videre est, qua ratione diuina bonitas infirmas animæ nostræ vires restaurare incipit & quidem ante iustitiam: quomodo vero per adeptam sanctitatem easdem perficiat ac restituet, iam videbimus.

C A P. XXII.

Animam hominis, tum in ipsa essentia, tum in potentiis, nobilissimis gratia ornamentis illustrari.

Gratia habitualis rituli.

23.

QUæ hucusque attigimus, omnia in gratiam solent præcedere: nihil vero